

Ne dicas, confemini in virtute; nec timeo: semper timenda conversio est; multoque, qui virtute confensere, uno temporis momento Sathanas in barathrum detraxit. B. Theodoretus Studia l. 2. Ad tyrones timor spectat; ad perfectos vero amoris possessio. B. Theodoretus Ep. in Pf. 110. Me miserum! me miserum! quia nondum a gehennæ igne sum liber: nondum mihi constat, quod hinc sum profecturus. B. Masas Abb. orat. 14. Una securitas est; numquam esse securum: quatenus timor se observans reddat semper paratum? donec securitas succedat timori, non timor securitati. Guarricus Abb. l. 3. de Adv. Domini.

TITULUS XI. TRIBULATIO.

§. I.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri.

Ægyptus interpretatur coangustatio, & tenebra, sive tribulatio. S. Bonaventura l. 1. D. 2. Epiph. Ego horrore &c. Psal. 3. 6. Noctem sæpius calamitatem Sacra litera appellans: etenim velut in tenebris vivere existimant eos, qui in res admodum tristes incurunt. B. Theodoretus Ep. hic. Sole in divinis Scripturis adversitas designari per noctem. S. Bernardus l. 6. in Pf. qui habitat. Sagitta in infixa sunt mihi. Pl. 37. 3. id est, tribulationes multæ. Bellarminus hic.

Ex erit tempus eorum in saecula. Pl. 80. 16. Tempus vocat calamitates: sic enim Syri, & Hæbrei nominare consueverunt. B. Theodoretus Ep. hic. Quia decoloravit me sol. Cant. 1. 5. id est, tribulationum ardor. Y. Beda in Cant. l. 2. c. 1. Hyems, abicit. Cant. 2. 11. Sicut arbores fructificant, abscedente hyeme, sic fructum habet homo post tribulationem. S. Bonaventura in Luc. 21. Surge Aquila. Cant. 4. 16. In Aquilone adversa Mundi designantur. S. Hieronymus hic.

Torcular calcavi solus. Isa. 63. 3. Torcular in Scriptura proverbialiter significat vehementem oppressionem, cladem, stragem: qui enim illum subeunt, perinde sunt ac uvæ, quæ premuntur in torculari. Cornelius hic.

Ecce ego citabo populum istum absynthis, & potum dabo eis aquam felis. Jer. 9. 15. Fel, & absynthium, afflictionis, & amaritudinis, sunt Symbolum. Cornelius hic in hierogl. Ex Novo, Patribus, & aliis.

Tollat crucem suam. Luc. 9. 23. Omnes passiones appellatione Crucis designantur. Cajetanus hic.

Nonne audivimus sunt hora diei? Joan. 11. 9. Rupertus, Maldonatus, Toletus, per horas diei accipiunt tempus divinæ protectionis, sub qua nullum timendum est malum: per horas autem noctis tempus permissionis divinæ: qua posita ingentes homini ruinae obveniunt. Baeza. 2. l. 8. c. 3. §. 10.

Percussio lateris Petri excitavit eum. Act. 12. 7. Lateris percussio, est temporalis correctio: aeterna enim percussio non in latere tantum, sed in omnibus membris fit. S. Bonaventura l. 5. D. 1. Adv.

Omnes tribulationes hujus Mundi, poenitentia sunt datae à Papa Jesu. S. Vinc. Ferr. l. 5. D. 16. SS. Trinit.

§. II.

Tribulationum utilitas.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri.

Videbas, quid vultus ardebat, & non comburetur. Exod. 3. 2. Ignis in rubo, est tribulatio in homine sancto, humilitati & mortificatio: talem enim non urit, non lædit; sed illuminat, & roborat. Scribit Philo in vita Moysis: per Dei potentiam rubum incorruptibilem factum in medio ignis; imò, ac si fonte desuper manante rigaretur, viridiorum vilum. Hæc est enim, inquit S. Chrysostr. omnipotentia Dei vis, ut per contraria operetur contraria: scilicet calorem per aquam; frigus per ignem. Cornelius hic.

Erat aqua quasi murus à dextera eorum, & lava. Ex. 14. 22. adversa sunt justorum defensiones. S. Bernardinus l. 8. Art. 1. Si dixerit puer: ecce sagitta intravit in me, tolle eam; & tu veni ad me: quia pax tibi est, & nihil est mali, vivit Dominus. 1. Reg. 20. 22. Quilibet sagitta morbi tangeris, non pavesas. Ec-

ce Dei sagittæ intravit in te: pax tibi est, & nihil est mali. Drexelius Gymnal. pat. part. 1. c. 4. §. 2.

Fonam eam deseram; non pascitur, & non solietur; & ascendant vepres, & spinæ. Il. 5. 6. Quemadmodum, qui vineam purant, alirungunt ejus vites, & externè continent; ut majori cum temperamento procedat ad perfendendos utiles fructus: ad eundem modum contingit animæ affiduitate tribulationum incurvatæ; quodammodo in se contrahitur, seque humiliter demittit; atque ad diligentem custodiam retrahitur. E contrario anima, quæ indulgenter, ac remissè, vivere finitur; perinde atque vinea quadam neglecta luxuriat, & sylvestris. S. Bassilius M. apud Ramirez in ep. 3.

Tritura mea, & filii aræ meæ. Il. 21. 10. Tritura idem est, quod filii aræ, purâ frumentum, & grana trituratione in aræ excussa. Ità vocat, ut ait S. Hieron. Jerusalem; & Judæos; qui ab Assyriis, & Chaldæis, fuerant triturati, calyati, & attriti. Moraliter hic, & Jerem. 51. 33., & sæpe alibi, trituratur tribulatio: tribulatio enim dicta est à tribula; quasi segetes tribulantur ut grana excutiantur. Disce, quam fit utilis tribulatio: quæ facit nos filios aræ Dei; dum nos à palcis fecerit; ut dicamus cum S. Ignatio M. frumentum Dei sum; dentibus bestiarum molar, ut panis Christi mundus inveniar. Cornelius hic.

Gradus super eam, succendam eam pariter. Il. 27. 4. Quod parum fructificat in prosperitate; vel, ego faciam eam fructificare in adversitate. Extangit consuetudinem quarundam regionum: in Alverna enim in aliquibus locis, ità quandoque multiplicatur vineæ; quod quasi in sylvas degenerent: & tunc homines comburant eas; & optime fructificant. Hugo Card. in Pl. 79.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Venient ab oriente, & occidente. Luc. 13. 29. Per Orientem designatur ortus Nativitatis; per Occidentem occasus mortis; per aquilonem, qui est ventus durissimus, duritia adversitatis; per austrum favor, & lenitas prosperitatis. Ab aquilone venit, qui, necessitate urgente, vel adversitate monente, compunguntur, & redeunt ad salutem; de quibus ait Salvator. Luc. 14. 23. compelle intrare. Dion. Cartus. hic.

Scientes, quod tribulatio patientiam operatur. Rom. 5. 3. Notat Hugo Card. Paulum hic innuere, patientiam esse velut terram fructiferam, quam tribulatio operatur; id est, colit, arat, exercet; ut fructum ferat meritorum: eo sensu, quo Gen. 2. 15. Adam dicitur postus in paradiso, ut operaretur illum. Cornelius hic.

Misce saltem suam acutam in terram, & vindemiat vineam terræ. Apoc. 14. 19. Mala, quæ Deus hominibus immittit, sæpe cum putatione vitis comparantur. Rationem dat Clem. Alex. l. 6. Strom. qui putat vitem, licet spicteus videatur malum moliri contra vitæ; bono ipsorum imprimis confilii: nam si luxuriari sinatur, sylvestris vitis. Pinna Eth. 139. Ut vinea, dum jugatur, erigitur; & recisa non minuitur, sed augetur. Ità sancta plebs; dum ligatur, exurit; dum humiliatur, attollitur; dum reciditur, coronatur. S. Ambros. in Luc. 20.

Animus, ni ærumnarum prius, miseriarum, discriminum, quasi quadam conspersus nive sit; nequaquam fit induit in florem; aut fructificat. B. Theodoretus Studia l. 68.

Dum nos omnipotens Deus molestis exerceri permittit, atque ad meliorem vitam statum, interveniente tristitia provehit; nitro consilio super futuram frugem gelu, & glaciem, gignit: ut electus quisque in hac vita, tanquam in hyeme, adversa ventorum, & frigorum toleret: & velut in aeterna serenitate postmodum fructus, quos hic conceperit demonstrer. S. Gregor. mor. l. 8. c. 15.

Mors est Deo, ut non liberet à periculis viros virtute claros; neque à tentationibus liberet: sed in ipsis tentationibus tantam suam declarat virtutem; ut tentationes ipse eis fiat occasio lætitiæ magnæ. S. Chrysostr. hom. 62. in Genes.

Cum cernis, arborem quidam percussionibus fieri succidiorum, quod & in olea quidam experti sunt; discis, afflictionis utiles esse ad pietatis fructus ferendos. Sic, cum cernis, vitem, quæ sylvestre permittitur, minus aptam esse ad uvas producendas; doceres, hanc terrenarum rerum nimiam copiam impedimento esse, quod minus in Evangelicæ præcepta plano gradu ingrediamur. Hieronymus Clar. l. 1. orat. 56.

Non sine causa veteres sapientes sinxerunt, solem pasci a quis amaris, lunam vero dulcibus: quia justus amara quærit, afflictionibus delæctatur; stultus vero voluptates, & dulcia, appetit. Diez Patientia.

Globus. Lem. Percussus elevor. Picinelli. Rosa inter cepas. Lem. Fragranior, idem.

§. III.

Tribulationes ferendi.

Motiva.

Inevitabilis necessitas.

Collocavit Dominus ante paradisum, & flammam gladium. Gen. 3. 24. Ad quid? nam, ejecto Adamo, nullum legitur, qui illuc proficisci cogitaret: nec locus modò certus est, ubi paradisus fuerit. Voluit Dominus ostendere; non debere nos petere reditum ad paradisum terrestrem, post peccatum. Quid erat à paradiso? fames, mœrore, labore, dolore, carere. Et nê iterum revertamur ad hoc inquirendum; cum contrarium nobis in pœnam peccati datum sit; idè tantam custodiam ad paradisum fibo: quia voluntas Dei est, ut continû agamus poenitentiam. Diez conc. 2. in festo S. Jacobi.

Misce os in carcerem principis militum. Gen. 40. 3. In eodem simul carere ærumnas tolerant duo, qui peccaverunt, eunuchi; & Joseph innocens: ut scias, in hac vita neminem posse sine cruce vivere. In monte Calvaria duo latrones, & Jesus innocens. Alvarez Illustr. 128.

Dominus Deus virtutum! quousque irasceris super orationem servorum tui? Psal. 79. 5. Id est, quousque durusculi mecum ages? nunquam me malorum expertem facies? Respondet vestu sequenti ad suum solatium; cibis non pone lacrymarum, & potum nobis dabis in lacrymis, in mensura. q. d. cur detrecto tribulatione? quæ mihi fuit pro cibo, & potu. Sicut enim vita corporis cibo, & potu sustentatur; sic vita Spiritus ærumnis. Pinna Ethol. 10.

Pater! in manus tuas commendo spiritum meum. Luc. 23. 46. Tres in loco eodem, & hora eadem, crucifixi: innocens unus, videlicet Christus; alter poenitens latro bonus; tertius obstinatus in peccato, latro malus. Hinc colligimus, neminem in hac vita sine cruce posse vivere. Bellarminus l. 1. de 7. Verb. Chr. c. 7.

Scio tribulationem etiam. Apoc. 2. 9. Hugo Card. q. d. Salvator: etiam, quæ tibi competit ex natura corrupta. Job 14. 2. Homo natus de muliere brevi vivens tempore repletur multis miseriis. Quasi homo in hac mortali vita nil tam suum, nihil tam proprium habeat, quam tribulari. Ramirez in ep. 2.

In parabola feminis post cespitem arctæque perfectionum figurat ardorem. Terrull. l. contra Gnos. Ferrut. regionem quandam feratam omnino expertem esse; nam id de Creta memorat proditum est. Aliam rursum esse, quæ nullis nivibus conspergatur. At nemo est mortalium, qui gloriari possit, se hujus vitæ laborum, & ærumnarum, expertem esse vitæ dilectissimæ. S. Greg. Naz. Carm. de humana vita.

Quemadmodum fieri nequit, ut aliquis super terram effugiat hunc aerem, ità impossibile est homini, quamdiu in hoc Saeculo est, tribulationibus, atque molestiis, non tentari. Sanct. Ephrem. adh. 4. ad Novitium Monachum.

Tribulationes præsentis sunt tributum, ad quod solvendum natura est obligata. Idiota l. 2. contempl. c. 1. Si homini videtur dura via virtutis, quia continuò oportet nos pugnam adversus diabolum, & Carnem, & Mundum; & recorderet, quod, quamcumque elegerit vitam, etiam secundum Mundum; multa illi adversa, tristitia, incommoda, laboriosa patienda sunt. Idem Reg. 1.

§. IV.

Tribulatio honorifica, magnificanda, pretiosa.

Num. I.

Figura, & Symbola.

NE appropies huc. Ex. 3. 5. Imaginem laborum, & ærumnarum, populi Israelis in Ægypto, ut ait Philo, & Theodoretus; seu, ut mavuit Hieron. cruciatum, perfectionum, nascentis Ecclesiæ, pretendens Dominus, flammantem rubum ostendit. Rem, ut proprius videtur Moyses, accedebat. Ecce vox: ne appropies huc. Cur jubetur calcos tollere? Theodoretus qu. 7. ut religiosiorem hac ratione Moysen redderet: quia ex divinitate pollent spinæ, crux, dolores; qui debeant tanta pene reverentia; & religione excipi, quanta augustissima Sacramenta. Baeza. l. 1. c. 1. §. 5.

Ad dexteram Orientis calanitates meæ illud surrexerunt. Job 30. 12. Gilbertus Abb. l. 38. in Cant. jure ventum illum dextrum vocavit, quia illi ei quævis finitrum inferre: quia etiam corone gloriæ viro jure comportavit augmentum; quando virtus probata emittit, & quando provocata excrevit. Dextrane fuit illa dolorum congeries? impetus Chaldaeorum contra grege? ruina filiorum? Omnia dextra, omnia ad dexteram Christi illum impulerunt. Sylveira in Apoc. 1. 9.

Lava osus sub capite meo. Cant. 2. 6. Id quod prius æstimat, & de se latibunda factat, lava est sponis: à lava omne. R. P. Spanner Poly. Tom. 11.

metuendum procedit: illic rigor, & verbum asperum tonabit: illic maledicti constituentur. Sed sermo Dei in Mundo omnia fulta. Idem ib.

Processus passillum procidit in faciem suam. Matth. 26. 39. Cum tribularis, sic te compara, quasi sanctissima contractes. Sanct. Anselmus hic: procidit in faciem suam: ut humilitatem mentis ostenderet habitu corporis; & parum humilitationem eos doceret, quibus eadem Passio immineret. Discurrere modò; quo te componas affectu, ad ærumnas excipiendas? an ea desperatione, qua ignavi imminente mala formidant? an velut nocentissimi rei supplicia deprecantes? an verò ut fidelis Christi affecta, prostratus humi reverenter, & humiliter, suscipit sacramenta. S. Greg. Naz. or. in S. baptisma: Præclare nobiscum ageretur, si humeros sanctitate imbuerimus, ac purgaverimus; ut Christi crucem tollere queant, non quibuslibet humeris facile tollendam. Ut pectus, animusque, purgari, & sanctitate parari, jubetur, ad corporis, & sanguinis Dominici sacramentum excipiendum: sic humeri parentur necesse est; ut laboris cruciformis, & ærumnarum, excipiat sacramenta. Baeza. l. 1. c. 1. §. 5.

Linum de terra natum, multis attritum pressuris ad nivei candoris honorem, & levem subtilitatem, pervenit. Grossum, & inglorium, è terra confurgit; sed inter manus prementium opificum subtiliatur, & candescit. Tribulationem ergo Domini in lineo corporali advertimus. Rupertus offic. l. 2. c. 23.

Jacent duo lapides in artificibus cupientes; alter, quo sterni pavimentum debet, vix ferro frigitur: alter vero qui effingi debet in Christi simulacrum turpiditer, inciditur, diu torquetur: nec superficiem solum scalpum evadit; sed in viscera mergitur saxi, & nihil non vulnerat. Verùm, qui non diutior est, pedibus protendendus exponitur: qui diu vexatus, locatur in aris, auro vestitur, gemmis coronatur, thure colitur. Oliva l. 9. Strom. §. Erat quidam mendicus.

Num. II.

Testimonia.

Ex Veteri.

Tulit quoque ligna holocausti. Gen. 22. 6. An non fati fuit, quod Isaac esset immolandus? cur insuper lingua, quibus exurendus, ei imponuntur? ubi pateram amor? Voluit pater, ut tolerando laborem, ipsam mortem mereretur. Pinna Eth. 32.

Talique annulum de manna sua &c. Gen. 41. 42. Joseph pro compediibus carceris à rege auream catenam accepit. Pro servitii vinculo, annuloque ferro, regium annulum. Pro habitu sordido, indurus est stola byssina. Pro atri squalore amplum imperii currum. Denique confer omnes honores cum his, quæ prius passus fuit; & videbis, nihil fuisse passum, quod non, ut notat Rupertus, insigniter ei remuneratum sit. Primo pro odio fratrum accepit gratiam regis, & principum ejus: pro exilio exaltationem: pro labore manuum in servitio, annulum aureum: pro pallio, quod ei adultera detraxerat, stolam byssinam: pro compediibus torquem auream: pro eo, quod vincit ministrasset, princeps constituitur: pro carceris humilitate currum regium: pro contemptu honorem; pro nomine servi honorem regium: pro contempta adultera uxorem prænobilem. Si ita Deus suorum labores remuneratur in hac vita; quid faciet in futura? Cornelius hic.

Ex Novo.

Nobiscum Deus. Matth. 123. Satagendum esse cum illo, qui vult esse nobiscum: sine quo nos nihil, aut miser sumus. Præcipit ipse nobis socius fieri; & omnibus modis factus est socius, excepta societate peccati. Quærit vicem; teneat illam omnino rependere, sumus socii cum immitantes passionibus. 1. Petri 4. 13. Sim. Cass. l. 2. hic.

Transfiguratum est. Matth. 17. 2. Eundem fuisse putat montem Cajetanus, ex quo illum affines ejus præcipit tentarunt. Supra montem fundatur gloria, ubi periclitabatur vita. O quam gratis oculis aspiciere debent justi loca illa, in quibus Dominus passus. Mons Oliveti, in quo passionis ignominiam inchoavit, ubi procidit in faciem; fuit ascendenti in cœlum gloriosus. Naxera in Jos. 13. §. 23.

Assumpsit amolium Discipulos suos securo, & ait illis: ecce ascendimus Jerusalem. Matth. 20. 17. Cur secretò? Auth. Imp. quia semper pretiosior thesaurus in melioribus vasis includitur. Ità Christus flagra sua, probra, & crucem, non apud quosvis, sed apud Discipulos deponit. Did. Nyss. fer. 4. D. 2. Quadr. §. 7.

Sustinete hic, & vigilate mecum. Matth. 26. 38. Sustinet cum Christo, cum tedium non pariter ex repentinis eventibus: & ex subitis calibus anima melius roboratur, neque succumbit imminente periculo. Multa sunt, quæ homines sustinent: & multi funt sustinentes; sed non cum Christo. Sim. Cass. l. 13. c. 11.

Abiit trans mare. Joan. 6. 1. 3. Rupertus advenit, ubi Joannes dixit Christum abiisse trans mare, mox addit: subit ergo in montem Jesus. Ex quibus pramissis inferitur illud ergo? Respondeo: bona est consequentia. Nam, si mare est Symbolum laborum, afflictionum, & mons, ob suam altitudinem, typus gloriae, & quietis; bene inferitur: abiit trans mare, ergo subit in montem. Propter quod exaltavit illum Deus, quia subit est obediens usque ad mortem. Philipp. 2. 8. 9. Did. Nyff. D. a. Quadr. S. 4.

Ut manifestetur opera Dei in illo. Joan. 9. 3. Poterat coecus dicere: quid Domine? ad hoc homines in arumnis ponis, ut gloria tua manifestetur? Verum, o coece, quam magna est misericordia, & gratia Dei; viliissimum terrae vermiculum in instrumentum gloriae suae assumere! Virga Aaron. Num. 17. 26. baculusetat, sicut & aliorum pastorum. verum quia assumpta à Deo fuit in mirabilium suorum instrumentum, in Arca testamenti reconditur: tantique aestimatur, & colitur; ut nemo, praeter summum Sacerdotem, illum semel in anno perspiceret. Gloriare ergo in infirmitatibus tuis; ut manifestetur in te virtus, & gloria Christi. Diez fer. 4. Dom. 4. Quadr.

Quoniam digni habiti sunt. Act. 5. 41. Apostoli pati, & flagellari, habent pro magna dignitate. Christus eos elegit in Apostolos, supremam Ecclesiae dignitatem. Luc. 6. 14. Dedit eis potestatem curandi infirmos, ejicendi daemonia. Marci 3. 15. Et tunc non dicitur, quod gauderent, quia digni habiti sunt tanta dignitate. Sed modo: quia digni habiti sunt pro Jesu contentum. Achi tolerancia contumelia ipsi in majori honore, & dignitate sit, quam quaecumque alia, etiam suprema, dignitas. Sylveira hic.

Obiter vos ego vinculus in Domino. Eph. 4. 1. S. Paulus, grandis persuasurus, ut sibi auctoritatem faciat, titulum hunc apponit. Alius dixisset, ego Dei princeps &c. At Paulus ait: ego vinculus in Domino: Praeclarum honoris nomen, in carcere, in vinculis, esse; ubi fures, & latrones at nentur. An non ob hoc potius te contentem Ephesi Paule? cur non scribis, ego Doctor gentium? Cur non, ego, quidam tertium raptus sum caelum? Cur vincula jactas? Quam haec insignia tibi reverentiam procurabunt? Apud filios saeculi nullam: apud filios Dei maximam. Stengelius t. 3. c. 39. div. judic.

Ego signata Domini Jesu in corpore meo porto. Gal. 6. 17. Quis vulnera persequentium timeat, quae in signata Domini convertuntur? Sanè Paulo haud impressa dixerò ab Angelis signata; sed plagas à carnificibus inflictas, puto, tam splendido honestate vocabulo. Ergo, qui nos vulnerat, id praestat, quod S. Francisco singulari privilegio praestitum est à Seraphim. Cum Paulus vulnera sua, Stigmata Domini, dicit; palam testatur, vel Deum ipsum in servis suis lamari; vel ita esse pretiosum stigma in carne Christiani; ut eo, velut suo, Dominus gloriatur. Nisi dicas, ideo à Paulo tortorum verbera, signata Domini vocata: quod inflictorum à carnificibus vulnerum fiber, & author sit Deus &c. Oliva l. 12. Strom. §. Ego signata. Ego signata. Non dixit, habeo; sed porto: tamquam aliquis de trophis glorians, signisque regalibus. S. Chryl. hic.

Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis; sed ut vitam pro illo patiamini. Philipp. 1. 29. Vobis donatum est, quia precium pro Christo, quem diligitis; non solum ut in eum credatis; sed etiam, ut pro illo patiamini, ad cumulum gloriae. S. Anselmus hic.

Qui viderit, factam illum columnam in templo Dei mei. Apoc. 3. 12. Praeclarum sane opera pretium feret ille, qui multos persequens fuerit labores: scilicet factam illum columnam, hoc est, novis cum laboribus onerabo; & ingentis templi molem humeris ejus imponam. Pinna Eth. 52.

Ex Patribus, & aliis.

Non caput ita splendidum reddit imposta corona margaritis conspicua; ut catena ferrea, quae propter Christum fertur. S. Chryl. f. 8. in ep. ad Ephes.

Hoc sit mihi thesaurus desiderabilis, & super omnia amabilis; scilicet super me poenas, & opprobria, congregare; & intimo corde diligere, qui me in hoc facto adjuvent: omnem consolationem vitae praesentis horreo. S. Laur. Just. de incend. div. am. c. 2.

B. Petrus Dam. l. 1. de exalt. S. Cruc. vocat Crucem victorum coronam. Nisi pretium crucis intelligas, nescies, quid dicat; ita appellat: quia Deus non reperit lauream, qua coronet eos, qui in hac vita passi sunt adversa; quam ut eis novam Crucem veteri addat. Did. Nyff. f. 4. D. 2. Quadr. §. 8.

Tribulatio est pretiosus, & praclarus, annulus; quo Deus animam sibi desponsat. Pati pro Deo, restant dignitatis est; ut homo jure se reputare debeat indignum eo honore. Blossus ep. ad quemdam amicum. Si centum annis, & flexis genibus, Deum oreans; non sumus digni, ut Crucem unicam accipiamus. Henricus Sufo lib. dialog. c. 10.

Veni filia, & impo me tibi coronam factam ex septem lapidibus pretiosis. Quid verò est corona? nisi probatio patientiae, quae ex tribulationibus constat, & à Deo coronis adornatur. Revel. S. Brigittae l. 4. c. 124. V. C.

Cruces, & adventitates, sunt Christi insignia, & vestis nuptialis. B. Cathar. Bon. Lyreus de imit. C. P. Arboris S. Crucis nec folium permittite debemus in terram cadere. Hac erat Balthazaris Alvarez. S. J. ad afflictos omnes familiaris adhortatio. De Pontec. c. 28.

S. V.

Tribulatio melior prosperitate.

Num. I.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Post duos annos vidit Pharaon seminum &c. Gen. 41. 14. Sicut terra Egypti amplius fuit Pharaoni subiecta tempore egestatis; quo tempore magis sollicita ad consilium, & auxilium, Joseph recurritur: Sic miro modo fit, quod mens per sensum suae egestatis fortius de Deo subiciat; & humiliet, & ad discretionis divinae consilium recurrat; quam tempore, quo ad votum bibit, & pascitur in divinis. S. Th. hic.

Præterea ad regis imperium educit de carcere Joseph &c. Gen. 41. 14. Abque prævis tribulationibus, audi, multum sublimatos corruisse. Sicut utique corruit primus Angelus, ac primus homo: & Saul, & Salomon, reges. Quia igitur Joseph erat singulariter sublimandus; ideo primò fuit singulariter humiliandus, & tribulandus. S. Thom. Aqu. hic.

Est anima Domini mei custodita, quasi in fasciculo &c. 1. Reg. 25. 29. Pulcherrima comparatione statum iustum à reproborum sorte differre: hbs lapidi funde assimilat, illos fasciculus enim confringitur; ut integer maneat, & conservetur: lapis in funda expeditus ponitur; ut abiciatur. Sic enim in hoc Saeculo cledi pressuris tribulationum conglutantur; ut his admoniti, arcibus se ad invicem mutua charitate connectant; & coadunati ad invicem manu filii Redemptoris in perpetuum conserventur. Ad verò reprobi, quanto licentius in hac vita voluptatibus propriis, veluti liberi, dimituntur; tanto longius in futuro in divina visionis gloria proficiuntur; ut de eis merito dicatur: ipsi de manu tua expulsi sunt &c. V. Beda l. 30. qq. in lib. Reg. q. 6. Glossa f. hic: fasciculus attingitur; ut conservetur; lapis in funda ponitur; ut abiciatur.

Viliis sumpsum superexaltatum, & elevatum, sicut cedrus Libani. Pl. 36. 35. Jullum humiliori arbori comparet. Psal. 1. 3. Erit tamquam lignum, quod plantatum est jesus decursus aquarum. Quid factum cedis? transiit; & ecce non erat. Quid humili? fructum suum dedit in tempore suo, &c. Naxera in Jos. 24. §. 7.

Cadent à latere tuo mille &c. Psal. 90. 7. Solatia sunt periculosa. Plus debet quis velle in ista parte, in qua pauciores cadunt. S. Bonaventura l. 17. Per dexteram felicitas, per sinistram designari solet adversitas. Rupertus in Ezech. c. 5. Licet multos frangat adversitas; tamen multo plures extollit prosperitas; sicut scriptum est: cadent à latere tuo mille &c. Sancti Bernardus ferm. 2. D. in Ramis.

Fasciculus vuyria - inter ubera mea commemorabitur. Cant. 1. 12. De botro Cypri non dixit expressè: quia nulli est difficile, dulcia, & honorifica, inter ubera collocare: ad arduum est, & purissime dilectionis signum, amare, & contumeliosa inter ubera collocare. De Ponte hic Exh. 6.

Veni ad Discipulos suos, & invenit eos dormientes. Matth. 26. 40. Vigilat Christus in horto dormientibus Apostolis; dormit verò iidem inter procellas laborantium. Matth. 8. 24. Itaque tam diffimilis militibus Dux; ut quiescat, illis periclitantibus; lucetur, & ad cruorem usque ludet, iidem placide dormientibus? Apostolis timentibus, nihil timuit; quos sciebat à periculis ad pietatem erudiri: timet verò plurimum illis oscitantibus. Et merito: nam periclitante cymba ad Christum omnes confugere post somnum omnes fugere à Christo. Ibi vel Judas oravit; hic pejeravit vel Petrus. Olivat. 2. Strom. §. Bonum mihi, quia humiliasti me.

Ex Patribus, & aliis

Non dubium est, quia videris aliquando ingentem ad praesepe bovem, elatum, nitentem corporis pinguitudine, cervicibus attolentem: contraque bovem alium demisso capite, incurvum, deformem, quae indicia sunt laboris in arando. Et tamen ille jugulationi reservabatur; hic tam lese, quam horum, labore nutritur. S. Gregor. Naz. de providentia.

Quemadmodum aqua, dum per plana, & ampla spatia fertur, non in altum exurgit; sed tenentem sese latee conuaverus extendet: cum autem manu artificum subitus colligatur, & fringenteque, coacta fuerit in angustum; jam inde sollicita, omnirelo velocius se in excelsum ejaculatur, petique regionem supernam. Sic mens humana, dum otiosa & libertior, aut expediat, degit; & dilunditur, lateque desinit: cum autem

reum eventu asperiori casuque subitus coactante adverso sollicitatur; jam agilius se extrudit, & intentans dilucidatque orationes mittit in excelsum. S. Chrysol. hom. 4. de incomprehensibili natura Dei.

Omnes fontes, five aquae; majores, & diffusiores, sum nobis tempore, quam die; quia nox est frigida, & humida; item sol in die aquas exterminat. Sic gratia nocte tribulationis majores, quam prosperitatis dies. Berengarius Ep. de similit. Avicenna l. de quatuor diuivis.

Herbæ omnes majores virtutis sunt hyeme, quam æstate: in hac enim totus succus, & virtus earum, excrecit in folium, & in flores: in hyeme autem intus manet, contrahitur, & unitur: ut refert Galenus in Antidotario veteri. Sic virtus in adversis fragrantior, quam in prosperis. Berengarius.

Sicut navis tutior fertur in amara, five salia, aqua; quam in dulci: quia amara, & salia, grossior, & gravior est dulci. Sic anima in amara tribulationis tutior, quam in dulci prosperitatis. Gemiani l. 1. c. 80.

Bos. Lem. Saginatur ad mortem. Picinelli.

Num. II.

Testimonia.

Ex Veteri,

Falsusque est juvenis sagittarius. Gen. 27. 20. Ismael matri traditur, domo excuritur: puer fuz quodammodo potestatis in deserto moratus est. Isaac in monte vinculis illigatur. Ismael portat mater: holocausti ligna Isaac. Ismael vocatur puer, dum traditur; Isaac vocatur filius, dum contritus altari imponitur. Ille liber, hic vinculatus, quis felicior? Naxera in Jos. 13. §. 13.

Erant tuo servus: tempusque venit, ut excuras, & solvas, jugum ejus de cervicibus tuis. Gen. 27. 40. Quale hoc solatium, prædictio servituti? Imò plus, ait Philo Hebraeus l. de nobilitate, indultus filii commodis de injuncto jugo, & minus de imperio indulisset imperio; si homo nequam in sua potestate relinquereetur. Cœcilius, & obsecrante judicii serenitate affectu, in fausta dicimus felicissima: felicissima putamus insaulta. Id. ibid.

Erressi sunt aqua largissima &c. Num. 20. 11. Populo Israel in deserto. Elix 3. Reg. 19. 7. dicitur: surge comede, & solvas, enim tibi restat: vivambulavit in fontem tibi illius quadraginta diebus &c. Quadraginta diebus passu, & potu caret Prophetas panque arcto & aqua in mensura ab Angelo recreatur. Equus Deo dilectior? Hebraeus, an Elias? Ad speciem dilectior videtur Hebraeus. O quam falleris! Non censendus amor de imitare, sed de termino. Elias ventre arido, & sicco, defatigato anhelu; Dei montem conscendit, usque ad montem Dei Horeb; at Hebraeus in deserto jacet. Quid aquarum juvat delicia abundantia, si promissionis negatur terra? quid obicit Elia fisis, si quiescit ameno vertice? Naxera in Jos. 15. §. 41.

Perussit David cor suum. 1. Reg. 24. 6. Egrè ferens, ait Oleaster, quod flevindicare coepisset. Cum tamen in aula otiosus degeret, Ursum perdidit. 2. Reg. 12. 9. David sub hoste Saule pius, & justus est: dum Spectrum tenet; savus, & in-jugulatus est. Quod notat S. Greg. de cur. pas. p. 3. cap. 27. rector fuit in servitio, quam dum pervenit ad regnum: servus amator justitiae, deprehensum adversarium ferire timuit; Rex verò persuasione luxurie, devotum extinxit militem. Velloso in Judith. 1. Paron. 2. Peccata in rebus latidimis suis cavenda. In Saulis persecutione numerosas virtutes exercuit: qui postus in regni securitate peccavit. Quo factò docemur, felicitatem Mundi istius non oportere perquiri, quando magis in afflictione persequitur, & in prosperitate peccatur. Cassiodorus in Ps. 50. Periculoso est res prospera animo, quam adversa corpori. Hoc peccatum non fecit David, cum persecutorem Saulem pateretur, quando illius persecutoribus agitabatur: quando per diversa fugiebat, nè in manus ejus incideret; non concupiscit alienam, non adulterata uxore occidit virum. Erat in infirmitate tribulationis lux tantò intentior, quanto miserior videbatur. Utile quiddam est tribulatio, utile medicamentum, tamquam contra diaboli tentamentum. - Valet ergo hoc Exemplum ad id, ut timeamus felicitatem. S. Aug. in Ps. 50.

Si Regi placet, obsecro, ut venias ad me bovis, & Aman teum, ad convivium. Eih. 5. 4. Cur hoc Esther tacis? populi hollem vis pascere? Numquam in Aman levior, quam cum iam excipit convivio. Inelcat, ut capiat; impinguat, ut mactet. Perditissimos homines beneficiis Deus affigit aliquando; illos tunc puniens, & saginans ad mortem. Bæza t. 1. l. 3. c. 9. §. 4.

Consurgenque diluculo offerebat holocausta pro singulis. Job 1. 5. Sed fortunis omnibus everti non legitur sacrificasse. Noverat enim, majora imminere pericula fortuna blandiente, quam sevitente: ipse dolor, & miseria, superbiam cogit po-

tere, & submissè sapere. Naxera in Jos. 23. §. 12. Cautior iste fuit in doloribus, quam ille (Adam) in memoribus: ille victus est in deliciis: iste vicit in penis. Consentit ille oblectamenti; non cessit ille tormentis. Sancti. Aug. l. de patientia c. 12.

A iudicis tuis timui. Psal. 118. 120. Et 118. 43. in iudicis tuis super speravi. Quomodo sperat, & timet? Sancti Hieron. ait, duplex Deo esse iudicium; alterum cum malis, alterum cum bonis. Iudicium iniquorum est, ut hic habeant brevem prosperitatem, ibi eternam miseriam. Bonorum, hic pati; ibi gaudere: sperabat iudicium hoc, cum patiebatur; timebat illud in prosperitate. Diez conc. 2. in festo S. Jacobi.

Deus meus misit Angelum suum. Dan. 6. 22. Inter feras unus adlat Angelus; sed Lotho inter delicias geminus. Gen. 19. 21. inter quas majori egebat tutela, quam Daniel inter leones. Sancti Ambrosii, pene non est profectus, conderet: nisi, urgentibus Angelis, & tenentibus manum ejus, egressi coactus esset. Non ergo profectus, sed eductus est. Unus Angelus Petrum è carcere, & catenis educit. Naxera in Jos. 23. §. 12.

Ex Novo.

Herodes occidit omnes pueros. Matth. 2. 16. Tam profumushostis, numquam sic beatis parvulis prodesse potuit obsequio, quantum profuit persecutionis odio. V. Beda hom. in Natali Innoc.

Misisti Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem &c. Matth. 17. 1. In Thabor duo ex requie, tres ex terreno labore: quia semper plures ad Christum transfuit labor, quam felicitas, & requies. Sylv. hic.

Ecce mulier in civitate peccatrix &c. Luc. 7. 37. Interim malo peccatrix, & pauperis nostræ divitas in lacrymis, & affectu: quam tuas in impietate; illius jejuniium, quam tuum convivium. Malo inter capillos illius Christi pedibus alligari, quam inter dapes tuas tecum juxta Christum sine Christo discumbere. S. Paulinus ep. 4. de Magd. & Pharisæo.

Erant filius ejus senior in agro. Luc. 15. 25. Junior in regione vagatur, vivit luxuriosè: ille laboriosè. Et tamen huic dicitur: tu semper mecum es. q. d. primogeniture privilegio gaudes, & præcipuo patris amore frueris, quia libertati indecoræ non datus. Naxera in Jos. 13. §. 13.

Nolite flere &c. Luc. 23. 28. q. d. super filium crucis non est stendum, sed super delicatos, qui non bajulant crucem. Hugo Card. in Gen. 19.

Consolatio temporalis, via est ad cruciatum æternum: & è converso, cruciatu temporalis; via est ad consolationem æternam. Hugo Card. in Gen. 25.

S. VI.

In tribulationibus benedictio.

Horror magnus, & tenebrosus, & inopie vultus. Gen. 15. 18. In illo die pepigit Dominus fadus cum Abraham. v. 18. Regis lucis è tenebris emergit: terrorque parit securitatem. Pax fumat, ut expers caliginis dies oriatur: & nebula: Tunc in possessionem inducitur Abraham beatitatis; quum undique obsecraret in cursu ignis, sumi, caliginis, & terroris. Oliva fer. 3. D. Pals.

In pinguedine terra, & in rore cali desuper erit benedictio tua: viros in gladio, & fratris tuo servies. Gen. 27. 39. videtur magis esse benedictio: quid enim gravius servitute? Vocatur tamen, & est desuper divina hæ benedictio. Pinna Ethol. 52. S. Ambrosii l. 5. ep. 20. pro benedictione hujusmodi confertur servituti. Denique inter bona annumeratur, inter collatam terre ubertatem, & rorem celi à summo.

Tulit de lapidibus, qui jacebant, & supponens capiti suo dormiit. Gen. 28. 11. Dum Jacob hortatu matris exulat, contenditque in Syriam solus, extorris, nullo instructus viatico, aut jumento, & saxo incubat: tum enim verò factum benedictionem senn pululavit in petra, reclarato celo quiescenti. Oliva f. 4. D. Pals.

Et benedixit ei in eodem loco. Gen. 32. 29. Non lego, Jacobum benedictione Domini confectum, utique dum cum eo luctam inuit, & nervus femoris ejus maruit. Cur hucusque benedictio dilata? Stephanus Cantuar. Jacob debilitatus benedictionem obtinuit. Hoc est, quod vultus in infirmitate perservit. q. d. debilitas Jacobi divinam vocavit benedictionem: ut conset, afflictione, perpeti, non in perniciem patientis, sed in ejus utilitatem, si patienter ferat, redundare. Castillo illat. 96.

Tribulatio beneficium magnum, & donum.

Narratio opera Domini: castigans castigavit me Dominus. Pl. 117. 17. 18. Narratur opus creationis: vel quod de pacificis assumptus in regem? vel quod de Goliath triumphavit? non quid ergo refert? castigans castigavit me. Acti inter tot illustria opera, & tanta beneficia, maxime iniecit castigatio divina. Sciebat, quantum lucrum, & fructum, castigatio, & afflictio importet. Sylv. in Apoc. 3. 19.

Miserere mei secundum eloquium tuum. Pl. 118. 8. Hoc dicere potest etiam prudens ægrotus Medico: ut scis, medicinam adhibe, & ut ars præcipit. Sæpe enim per animadversionem salutem procurat, & pœna fit benignitas. Sic etiam Medicus, & fecat, & comburit; laboranti sanitatem tractans: sic etiam nos decet misericordiam petere. Nam aliquando per paupertatem misericordiam impedit, & per ægritudines benignitatem largitur. B. Theodor. hic.

Cum gustasset, & noluit bibere. Matth. 27. 34. Gustavit Christus omnes passiones, sed non absorbit: quin reliquit sequacibus posteris. Nec abolevit mortem, quæ originaliter provenit ex parentibus primis. Quamquam enim sua Passione nostra peccata deletet, & reconciliaret & Patri; non tamen mortem abtulit, nec passiones, ut non essent, absorbit. Relinquenda profecto erant divinum, & infallibile decernente decreto, mors hominibus, & passiones; cum quibus humana natura certaret ad premium; & evaderetque supplicium, & angereur timore, quæ amore primo non steterat. Simon. Cass. l. 13. hic.

Omne gaudium existimate fratres. Jacobi 1. 2. Hæc enim sunt magna beneficia Dei, sicut affirmat Apostolus Philipp. 1. 29. vobis donatum est, pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam patiamini pro illo. Dion. Carth. in Matth. 5. Omnia adversa amantur fuscipe, tamquam pretiosissima venia tibi Deo transmissa. Blohus parad. an. c. 9.

Tribulationes à Deo proveniunt.

Ex Veteri.

Deus providebit sibi vilissimam holocausti, sibi mi. Gen. 22. 8. Cum hæc pater diceret, & filius audiret, pergebat pater. Ib. Cur Isaac patri non plures quaestiones movit? S. Chrysof. hom. 4. in 1. Cor. 2. ut Dei nomen audivit, nullum ultra verbum addidit: nec curiosus quidquam inquisivit: usque adeo prudens erat hic puer. Did. Nyss. Pol. epl. p. 2. l. 3. c. 2. Providentia Dei in adversis summum solatium.

Nam pro Deo ego sum, qui privavit te fructu ventris tui? Gen. 30. 2. Adversus, videns Rachel, quod Jacob iustè responderat; redargutionem factam patienter toleravit. Ratio patientiæ: quia Jacob dixerat; quod causa illius sterilitatis non esset alia, quam providentia Dei. Did. Nyss. cit.

Pro salute vestra misit me Deus. Gen. 45. 5. Et iterum Gen. 50. 20. cum cognovisset de me malum; sed Deus vertit illud bonum. Qui Deum calamitatum suarum auctorem agnoscit; quidquid faciunt hostes, quasi à Deo factum excusat, non accusat: immò grande inde sibi solatium parat; & quod patitur, libenter non dolenter patitur. Velloso in Judith. 7. Paræz. 26.

Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi. Exod. 3. 2. Dammum timendum erat ex tanto igneo rubo: à tota flamma à Deo veniebat. Et ideo non damnum, sed multum boni rubo inferebat: ut inde illustrior, & viridior appareret. Sylv. in Act. 7. 30. q. 21. Rubus ardet, & non comburitur: significabat enim Hebræos oppressos, & vexatos, igne persecutionum, minime perituros; sed magis multiplicandos. Id. ibid. qu. 22.

Noli irasci cum eis, neque maledicas populo. Num. 22. 12. Curabat Balaac, ut Balaam celebris veneticus, malediceret populo Dei; sed Deus terruit veneticum. Mirum, quod omnipotens Dominus venefici maledictionem populo suo mueret, & illum curarit avertere. Quod veneticus maledicat populo Dei; idem maledictus erit? Respondet Anastasius Nyenus q. 32. quam vim habebat vatis execratio, cui Deus prohibuerat, ne execraretur? nullam quidem vim habebat: falsa enim tenebatur opinio. Sed quoniam populus continenter iniquè agens sustinebat plagas à Deo immittas; ad eorum imbecillitatem hæc dispensavit. Nam ne à Deo castigati existimarent se per vatis execrationem incidisse in calamitates; non sicut vatem uti execratione. Bæza t. 1. l. 4. c. 5. §. 11.

Dominus mortificat, & vivificat. 1. Reg. 2. 6. Tunc supplicia vitam parant, cum superioris manu insignantur: quæ si ministris permittantur, pro incolumitate invehent mortem. Etenim Dominus ideo vivificat, qui mortificat. Oliva l. 12. Strom. §. Dominus mortificat.

Quare percussit nos Dominus? 1. Reg. 4. 3. Non dixerunt, quare percussit nos Philistinum; sed, quare percussit nos

Domus? pœnæ enim peccatorum Deo attribuendæ. Mendoza hic.

Dominus præcepit ei, ut malediceret David. 2. Reg. 16. 10. Est iste Dei quidem lorum, & virga; non video lorum; sed video Deum; qui me flagro cadit. Theodor. q. 32.

Irruerunt Sabai. Job 1. 15. Nil magis diabolus fatigabat, quam ut Job induceret ad credendum; & pœnas, quas patiebatur, non à Deo, sed creaturis, provenisse. Unde ille multiplex nuntius, sive diabolus fuerit, ut Chrysofom. & Olympiodorus putant; sive alius, diaboli fraude submissus; ut Origenes, & alii sentiunt; ille, inquam multiplex nuntius nunquam eas Deo, sed creaturis tribuebat. Nunquam Deum nominat, ut Jobum ad impatientiam provocet. Job autem: Dominus dedit, Dominus abstulit. Mendoza in 1. Reg. 4. 3.

Extende paululum manum tuam. Job 1. 11. Sua id manu facere optabat: suam ipsam manum in affligendo Dei manum vocat. Quod agnoscens Job dicit, unicum in malisolationum: Dominus dedit, Dominus abstulit. Octavianus in Eccl. 2. 3.

Dominus dedit. Job 1. 21. Quia non attendebat, quis percuteret, sed quis permitteret. S. Aug. in Pl. 29.

Mitte manum tuam, & tange os ejus. Job 25. Multum insipienter loquitur: quæ enim à manu Dei veniunt, non ad perditionem, sed ad profectum conducunt. Sanct. Ambros. in Psal. 36. diabolus suo sermone deceptus est, qui dixit, mitte manum tuam. Job. Misit Deus manum suam, & confirmatus est Job: cepit benedicere, qui maledicere credebatur. Sanat enim iustos, dum tangit manus divina, non vulnerat. Sylv. in Act. 7. 30.

Obvolutus, & non aperui os meum; quoniam tu fecisti. Amove à me plagas tuas. Pl. 38. 10. Ubi non solum Deum respicit punitorum; sed etiam suas inde plagas consolatur. Plagas tuas: quia eas, non ut à creatura, sed ut à Deo imperatas, considerabat. Mendoza in 1. Reg. 4. 3.

Misit ante eos virum. Pl. 104. 17. Merito dixit virum: quia multa passus, viriliter cuncta sustinuit. Considerandum est etiam, quod dicit, eum Dominum misisse, qui fratrum suorum iniquitate distrahit. Novit enim Deus bene uti malis alienis. Sic enim omnia illi adversa feliciter contingunt, ut misso facta sit Domini, Joseph dolosa venditio; sicut & ipse fratribus suis dicit Gen. 45. 5. pro salute vestra misit me Dominus Deus ante vos in Ægyptum. Cassiod. hic.

Sicut oculi ancillæ in manibus domini sui. Pl. 122. 2. Qui sunt illi servi, & ancillæ, qui sic habet oculos in manus dominorum suorum? nisi qui jubentur credi. Vapulari servus, sentit plagarum dolores; attendit ad manus Domini sui, quoadque dicat: parce. Ergo quid dicimus fratres? iustus non cadit Dominus nocere, & Domina nostra Sapientia Dei iustissimos cadit, & in hac vita vapulamus, & tota ista vita mortalis, plaga nostra est. Sicut oculi. Adhortatur, ut in tribulationibus manum Dei percipientis agnoscamus. S. Aug. hic.

Lava os tuum sub capite. Cant. 2. 6. Cum ad sinistram manum cor propendat; quando porrigit lava ad sustinendum caput, simul divinum cor porrigit. Nam quidquid Deus per lavam operatur, fere permittit adversa, fave comminando supplicia; ex amore procedit, & ut nos in sui amorem trahunt. De Ponte hic Exh. 41. §. 3.

Sustine sustentationes Dei. Eccl. 2. 3. Lyrar. Dion. Hugo Card. idest, patientiam habe in tuis calamitatibus: quas cum sustines, eodem tempore in iisdem à Deo sustentaris, nec cadas; vitæque sufficit, ut eas tolères. Qui ambulando baculo utuntur; portant illum quidem, sed ab eodem sustentantur. 2. Vocat tribulationes sustentationes Dei: quia immittuntur à Deo. Et optima ratio est ad sustinendum, considerare, quod Deus illas immittat. Octavianus hic.

Bona, & mala à Deo sunt. Eccl. 11. 14. Purior est Dei amor in adversis, quam prosperis: quia in cruce nihil habet amor carnalis, vel sensualis; uti habet in deliciis. Christus æquè dilexit Deum in monte Calvarie; ac in monte Thabor. Quocirca piæ S. Greg. Naz. ep. 63. gratias ego, ait, ut in lætis rebus, ita etiam in acerbis: quia exploratum habeo; nihil rerum nostrarum apud summam rationem expers esse rationis. Sicut in thermis ex uno latere videmus ebullire aquam calidissimam, ex alio frigidissimam; quæ in thermis commixta temperatur, & salutare efficiunt balneum: sic in hisce Mundi thermis certinus emanare à Deo tristitia, & læta. Cornelius hic.

Virga ferris mei, & baculus ipse. If. 10. 5. Quantum error! virgam aspicerem percipientem, & manus percussoris non aspicerem. Quis adeo stupidus? ut ab inimico vulneratus dicat, gladius me vulneravit, non hostes &c. Cur ergo, cum à Deo corripimur, Deum pœnæ auctorem agnoscere recusamus? Dicimus, non est ipse. Canes imitantur; qui lapidem mordent, quo petri sunt, non manum jacentis. Hoc totum non alio hinc facimus; quam ne delicti nostri gravitatem agnoscerem, vitamque in melius mutare, cogamur. Quamdiu enim mala, quæ patimur, alienis causis adscribimus; tandem cul-

pam, ob quam punimur, non apprehendimus; nec irritari Numinis manum, à qua vapulamus, revereremur. Idem ibidem.

Levico percussit eos leo. Jer. 5. 12. Sed quomodo id fieri potest? an non flagelli ictus vident, palpant, operiuntur? dicam? negaverunt Dominum, & dixerunt, non est ipse. v. 12. Sentiant quidem flagellum, idque atrox; negant tamen esse flagellum Dei. Non credunt, Deum esse; qui bella immittat, famem, pestem, eluviones, incendia, turbines, terræmotus &c. Segneri l. 15. die Ven. Dom. 2. Quad.

Præparavit Dominus piscem grandem, ut deglutiret Jonam. Joan. 2. 1. Ad quid manus Dei præparavit piscem? ut pro morte præberet habitaculum; ut qui in maritimum fenseret. Bæza t. 1. l. 1. c. 7. §. 30.

Ex Novo.

Manus magni factus est in mari. Matth. 8. 24. Tempestas non ex se orta est, sed potestati parit imperantis. Orig. hom. 6. in divers. Motus hic maris creditur fuscitatus magis virtute divina, seu miraculo, quam naturaliter: ut Christi potentia, & divinitas panderetur per motus sedationem. Dionys. Carth. hic.

Culicem, quem dedit mihi Pater. Joan. 18. 11. Pater, non iudex: idest, amore, non ira, voluntate, non necessitate; gratia, non vindicta. Rupertus l. 13. in Joan. Dedit Pater Filio calicem amarissimæ Passionis, quem usque ad fundum exhauit; pro eo, quod Pater dedit: cuius voluntati nihil statuit præferendum. Sim. Cass. l. 13. hic.

Non vis, ut bibam illum? ib. Non vis tu d homo, quod vult Deus? non vis tu creatura, quod vult Creator? non tu servus, quod vult Dominus? &c. Id. ib.

Non haberes potestatem adversus me ullam; nisi tibi datum esset de super. Joan. 19. 11. Non ad Præsidem, sed ad primum motorem, alpeix, quando crucem excepit. Stengelius t. 1. Judic. div. §. 7.

Dominus est. Joan. 21. 7. In mari solus Joannes, ceteris Discipulis id ignorantibus, agnovit Dominum multi in rerum turbatarum fluctibus non agnoscent turbati maris auctorem Deum; sed in eos, quos hostes putat, acriter stomachantur &c. Drexelius Heliotrop. l. 1. c. 2. §. 2.

Ex Patribus, & aliis.

Quoties Deus quocumque flagello huic Mundo irascitur, id ministerium vindictæ apostata Angeli mittuntur. S. Id. Ep. l. 1. sent. c. 10.

Univerfa, quæ accidunt tibi, absque Dei non veniunt voluntate. Qui tibi adversatur, Dei faciunt consilium. S. Id. Ep. l. 1. foli.

Pœnæ in semetipsis consideratæ minime quidem possunt amari: sed consideratæ in sua origine, idest, providentia, & voluntate divina, quæ eas ordinat, & immittit; iniuste sunt amabiles, & amandæ. Intuere virgam Moysis. Ex. 43. 4. projecta in terram, & serpens horribilis: eandem vide in manu Moysis, & bacillus, qui parat mirabilia. Intuere tribulationes: in semetipsis sunt orribiles; in voluntate autem divina si consideres, sunt puri tibi amores, & dicitur spirituales. Quoties contingit, nos habere averfionem contra remedia, & medicamenta; dum ea nobis medicus, vel apothecarius exhibet: quæ tamen oblata nobis per amicam manum, an amore horrorem superante, cum læticia accipimus. Certè vel amor aufert asperitatem doloris, vel sensum illius efficit amabilem. Dicitur in Boeotia esse fluvius, in quo pisces apparent aurei: verum tolle eos de aqua, quæ est locus eorum originis, habent colorem aliorum piscium naturalem. Afflictiones sunt tales: si eas aspicias extra Dei voluntatem, habent suam amaritudinem naturalem: at qui eas considerat in beneplacito aterni; omnino sunt aureæ, & pretiosiores, quot convulsiones cordis, eum suffere fuisset necesse. Sed videns illam in Dei beneplacito, erat illi tota aurea: tenere proinde eam complexabatur. Si Martyres &c. S. Franc. Salef. de amor. Dei l. 9. cap. 2.

Tribulationes propriæ amicorum, dilectorum Dei.

Num. I.

Figura, Symbola.

Ex Veteri.

Quia vis filii? Gen. 22. 7. Filium vocat pater, dum ligat, dum sacrificat, dum ensens, & ictum vibrat. Pater magis est pater, dum tenet; filius magis est filius, dum tenetur. S. Ambros. l. de Abr. c. 1. inflexibilis à studio devotionis minister, vocare filium frequenter non timet: & hoc fe-

meliozem patrem putabat, si eum immolaret Deo. Deus ostendit se patrem, dum tenet, dum flagellat: inter tentationes, & ærumnas, regia filiorum Dei magis splendens insignia. Arcones in H. 1. 2. Disc. 3.

Jacob, dum ei occurreret Esau, Rachel, & Joseph, in extremis collocavit. Gen. 33. 2. ut quique ordines, sicut profundos haberant affectibus pariter; ita longius absterent gladio ferientis. Rup. l. 8. c. 2. in Gen.

Non sic Christus fecit cum suis dilectis. Scyphum meum argenteum pone in ore filii junioris. Gen. 44. 2. Scyphus in sacco junioris fratris absconditur. O tormenta misericordiae! cruciat, & amat. S. Greg. hom. 21. in Ezech. Scyphus Joseph inventus est in pera Benjamin dilectissimi: & calix Passionis Christi non invenitur, nisi apud ejus dilectos. Stella de contemptu p. 1. c. 82. Per Benjamin intelliguntur hic innocentes, quos Dominus tenerius diligit: & idè potius arguit hic, ut puriores sint. Hugo Card. hic.

Grando & ignis, missa pariter serelantur. Exod. 9. 24. Mirabile gradinem simul cum igne descendisse. Unde tam pacificum confortium inter calida, & frigida; humida, & secca? Stephanus Cant. ignis, & grando, mixta pariter sunt: quia, dum Deus hominem punit, etiam signum sui amoris impendit: in igne enim fervor divini amoris exprimitur, Castillo Illat. 46.

Bibite, & inebriamini. Cant. 5. 1. Amicis communibus calix traditur epotandus: at charissimi hauriunt usque ad ebrietatem. Inebriantur ab ubertate domus tua, & corrent voluptatis tua potabis eos. Psal. 35. 9. Helychius in cath. Græca: voluptatis torrente charissimos potat. Torrens voluptatis fuerit Christi pœnæ (de torrente in via bibet) voluptatis merito dictum est; nam Christus in deliciis erit, cum pro nobis patretur. Escob. t. 1. mit. Chr. l. 1. obf. 4.

In vinculis Adam, traham eos, in vinculis charitatis. Of. 11. 4. Quænam Ade vincula? Prado ad c. 6. Ezech. c. 9. traham in doloribus, & afflictionibus, quas à parente suo Adam hæderant: hæc enim fuit amoris mei erga illos vincula, quibus soleo ad me allicere.

Ex Novo.

Ascendite eo in naviculam. Matth. 8. 23. Pauld antè v. 16. Dominus miracula faciebat turbis; nunc autem, ubi dura imminet tempestas, cum solis charis Discipulis ascendit. Consequitur enim labores, & pressuras, folis magnis viris committere. Sanct. Chrysofom. hom. 29. in Matth. ubi miraculorum ostensio erat, plebem permittit adesse: ubi autem tentationum, & timorum acceptio; & athletas orbis terrarum, quos excitaturus erat, hos solos assumit. Bæza tom. 2. l. 11. cap. 5.

Ecce motus magnus factus est in mari. Matth. 8. 24. Et econominia fervit in Apollolis; ut advertas, sine tentatione neminem posse ex hoc vitæ curriculo digrigrare: quia exercitium fidei tentatio est. S. Ambros. l. 6. in Luc. 8.

Num. II.

Exempla.

Ex Veteri, & Novo.

Projicite eum in tiferenam hanc. Gen. 37. 22. Insuper in Jacobi familia Joseph in lacum detruditur: innocetior in familia Ade occiditur à fratre primus Abel: Elias optimus inter Prophetas exulat. Baptista in carcerem mittitur. Alvarez Ilustr. 62.

Tunc Jesus ductus est in desertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo. Matth. 4. 1. Sicine agitur cum Filio amico, & dilecto? Bone Deus! fateris filium, laudibus extollis, complacens tibi in ipso, & ad desertum impellis, ut tentaretur à diabolo? S. Chrysof. hom. 13. in Matth. Tunc istud ad quoddam tempus aptandum est? procul dubio ad illud, quo descendit Spiritus S. cum etiam desuper delata vox ait: hic est Filius meus. Arcones in H. 1. 2. Disc. 3.

Quis eruditus est in omnia fidei? Matth. 8. 26. Cur solum Discipulos oburgat? de aliorum diffidentia tacet. Alii navigantes non adeo familiaritate conjuncti, neque scholam ejus frequentantes. At Discipuli & tenerius dilecti, & accuratius instructi. Naxer in Ios. 17. §. 18.

Dico autem vobis amicis meis. Luc. 22. 4. Servos suos dignetur appellare amicos tunc, cum ad martyrium eos accendit: ut intelligamus, præsentis vitæ mala, mortemque, parari amicis ejus, & talia esse amicitia ejus pignora. Cajetanus hic.

Pater! in manus tuas. Luc. 23. 46. Christus in probro Calvarie monte Patrem suum agnoscit. Ut nos doceret: qui se filium Dei gloriatur, premissa ejus veltigia: ut sit fidem inter supplicia, qui inter delicias, idem in ignominia, qui in honore; iisdem oculis anarum spectet, quibus dulce. Vid. Nyss. Sabb. D. 12. Quad. §. 5.

Ecce, quem amas, infirmatur. Joan. 11. 3. Prius dilectus dicitur,

Tribulationes disponunt, & sunt via ad cœlum.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

citur, quam infirmus. Bæza t. 2. l. 8. c. 3. §. 6. Mira sunt verba, magisque miranda sententia. Si amas, d' Chriſte! quomodo, & qualiter, infirmatur: ſiſine tuos infirmari dilectos? ſi infirmatur, ubi eſt, quod ames? Nam à te diligi, hæc eſt penitus mortalitatis infirmitas; cum neminem diligas, niſi quem diligendum agnoveris. Sim. Caſſ. l. 5. c. 15.

Sicut dilexisti me Pater, & ego dilexi te. Joan. 15. 9. Sicut dilectissimo Filio Deus crucem ex amore ad gloriam destinavit; sic Filius Discipulis labores, ad meritum augmentum, impertivit. S. Chryſoſt. l. 55. Caritas dolorem non habet; fraudem pietas, affectio non recipit falsitatem. Si Pater eſt, non potest, non amare: ſi amat; niſi quod bonum eſt, dare neſcit. Negat patrem, qui de patris ſuſpectu eſt largitate: ignorat ſe filium, quem data paterna ſollicitant. Ergo ſi Deum credis, & conſeſſus es Patrem; quidquid juſſerit, quidquid in te elegerit; crede, ſibi ſatis ſalutiterum eſſe. Ramirez in epil. 5.

Amen, amen dico tibi: cum eſſes junior &c. Joan. 21. 18. ait Chriſtus Petro poſt trinam ſanctificationem amoris. Pro triplici amore promittitur Petro triplex tormentorum genus; ſervide amanti Petro, ipſum pro Chriſto pati, & cruciſi: magna merces, pretioſum munus. Sylveira in Joan. 10. Prædixit Petro, quod eſſet pro ipſo paſſurus; ubi amoris certitudine febrebat in illum. Ut non ſolum amor oſtendatur in regimine ovium, ſed in tolerantia perſecutionum: ut non ipſe amor poſſit amplius in virtutibus progredi, quam mori pro Chriſto. Sim. Caſſ. l. 14. hic.

Ego, quos amo, arguo, & caſtigo. Apoc. 3. 19.

Ex Patribus, & aliis.

Sævire videtur Deus, cum iſta facit. Nè metuas, quoniam Pater eſt: nunquam ſe ſavit, ut perdat &c. S. Aug. in Pl. 65. Quando malè vivis; ſi parcat, plus irſcitur. Omnino iſta tribulationes flagella ſunt corrigentis, nè ſit ſententia punientis. Id. ib.

Quis nos poteſt amplius amare, quam Deus? Et tamen non ſolum docere ſuavit; ſed etiam ſalubriter terrere, non ceſſat. Formentis lenibus, quibus conſolatur, ſape etiam mordacitate medicamentum tribulationis adjungens; exercet ſane Patriarchas etiam pios, & religioſos; populum contumacem penis gravioribus agit. Sanct. Auguſt. ep. 48. poſt initium.

Quod te non vult pati, non pateris: quod te permiſerit pati, flagellum corrigentis eſt, non pena damnantis. Ad hereditatem ſempiternam erudimur, & flagellari dedignamur? Id. tr. 7. in Joan.

In nos ita ſe gerit Dominus, ut nos in noſtros filios. Sunt tibi filii, calliga eos, ſuadet ſapientia Ecceſtaſtica. 7. 25. Arqui liberis noſtros, & filios; valde, & ſupra quodcumque aliud amamus. Clem. Alex. l. 1. præd. c. 9.

Deus omnia facit diligens: quemadmodum beneficio afficiens poſuit in paradiso, & beneficio afficiens eiecit e paradiso. Beneficio quoque afficiens gehennam minatus eſt. Et quemadmodum patres, non ſolum indulgentes filiis, ſed etiam verberantes, patres ſunt; nec minus verberantes, quam indulgentes: ita etiam Deus. S. Chryſoſt. in Plal. 110.

Deus Pater eſt: nunquid amandus eſt blandiens, & reſpuendus corripiens? Cogita quolibet cruciatus, extende animum in quilibet in hac vita penas humanas; compara gehennas: & leve eſt omne, quod cogitas. Et paulo poſt: quidquid hic paſſus fuerit homo; ſi corrigatur, emendatio eſt: ſi non corrigatur, duplex damnatio eſt. Et hic enim luit penas temporales; ibi experiet æternas. Sanct. Chryſoſt. hom. de Job.

Quoniam nos valde amat; ideo permittit, ut affligamur; ut ei perfectius conjungamur. Nam matres quoque ſolent inſolentes pueros, diverſis perſonis perterentes, cogere eos; ut ad ſuum gremium conſugiant; non eos quidem volentes moleſtia afficere; ſed hoc excogitantes, ut ipſi eis aſſideant. Ita etiam Deus, volens nos ſibi conjungere, cum ſit amator vehementis, vel potius amatore quovis vehementior; permittit, ut ad talem redigaris neceſſitatem; ut perpetuo vaces orationi, & cum aſſidue invoces. Idem in Plal. 114. Tribulatio eſt pretioſa, & præclarus annulus; quo Deus animam ſibi deſponat. Pati pro Deo res tante dignitatis eſt, ut homo jure ſe reputare debeat indignum eo honore. Bloſius ep. ad amicū. S. Gertrudis afflictiones vocabat annulum deſponationis. S. Franc. Seraph. forores: S. Borgias amicos.

B. Angela de Fulginito dicere ſolebat: temporalia bona, fortunas, honores; eſſe panis micas, quæ cadunt de menſa Domini: Cruces vero eſſe delicatas opipari convivii bolos; qui & foribus Dei intimis apponuntur. Olorius regula 6.

Joseph torquerunt. Gen. 14. 14. Virga, & ferula, & flagella, tempus habent, quo radi neceſſe habemus contra venturam ſolempnitatem æternæ ſeconditatis: ibi enim nullus admittetur, niſi raſus. Quod ſignificatum eſt. Gen. 41. ubi legitur: Joseph torquerunt, ac veſta mutata obtrulerunt regi. Sed poſtquam ſolemnitas illa advenerit, non erit ultra neceſſaria novacula: quia pili noſtrarum cogitationum, & affectionum non renascuntur ulterius, ſicut modo. Hugo Card. in Eccl. 3. 1.

Domus de lapideis delatis, atque perſeſſis, adificata eſt. 3. Reg. 6. 7. In ædificio templi omnes lapides prius malleis tundebantur; nè in illorum poſitione ſonus mallei audiretur. Sic & vivi lapides, qui ponendi ſunt in illa cœleſti Jeruſalem, variis inſortuniorum tunſionibus prius poliuntur, quàm in ædificio cœleſti habitaculi collocentur. Bleſenſis ep. 12.

Malleus, & ſeſtris, non ſunt auditi. Id. Quia lapides vivi lapides ſancti, de quibus ſuprema civitas conſtruitur, hic dolantur, hic tunſionibus, & preſſuris expoliuntur. Ibi autem in pace per manum artiſicis locus ſuis apantur; ita ut nullus perſecutoris malleus, nulla cœcilitudo ſecuris, ulterius audiat. S. Rup. l. 3. c. 11.

Ascendit Elias per turbinem ad cœlum. 4. Reg. 2. 11. Funes cœderunt mihi in præclaris. Plal. 15. 6. Funes ſunt afflictiones: convertuntur autem in præclara, perducendo ad Reſurrectionis æterna munera. Caſſiod. hic.

Oſculetur me. Cant. 1. 1. Ab ore, gladio armato, oſculum petit? Gladius ſignificat tribulationes. Sciebat, ad oſculum beatitudinis non perveniri, niſi per medios gladios. Beda in 24. Luc. Sponſa prudentiſſima ad oſculum ſponſi ſui non anhelat, niſi mediis gladiis tribulationum. Sylveira in Apocal. 1. 16.

Veniſt duas naves. Luc. 5. 2. Duæ naves, ſunt dux via eundi ad Deum: ſcilicet innocentia, & poenitentia. Et qui non fuerit ingreſſus in unam iſtarum, peribit in mari. Hugo Card. hic.

Trans torrentem Cedron. Joan. 18. 1. Volens ire in hortum, per quem paradisu intelligitur, tranſit per torrentem, id eſt, per tribulationem ad crucem. Hugo Card. hic.

Venerunt ad portam ſerream. Act. 12. 10. Ferrea porta, que ducit ad Jeruſalem cœleſtem, eſt crux, mortificatio, tribulatio, martyrium. V. Beda apud Cornelium hic.

Suſcipit nos benignus Jeſus in Religione ſua, in eum clamamus, Abba Pater. Sumus hic, dum vivimus, & cæ Noviti: tempus Probationis habemus utiqueque venit dieſe Profectionis faciendæ coram Abbate noſtro Deo, & cœleſtium Conventu toto: ut tunc habeamus vocem in Capitulo, ſtallum in choro, cibum in Refectorio, lectulum in dormitorio. Gerſon. tr. 10. ſup. Magnif.

Panis in menſa. Lem. Per multas tribulationes. Malcenius.

Ex Patribus, & aliis.

Omnes oportet tranſire per flammas, ſive ille Joannes Evangeliſta ſit, quem ita dilexit Dominus, ut de eo diceret ad Petrum. Joan. 21. Sic enim volo manere &c. De morte ejus aliqui dubitaverunt; de tranſitu per ignem dubitare non poſſimus; quia in paradiso eſt, nec ſeparatur a Chriſto. Sive ille ſit Petrus, qui claves accepit regni cœlorum, qui ſupra mare ambulavit, oportet, dicat: tranſivimus per ignem, & aquam &c. S. Ambroſ. in Pl. 118. Ocl. 20.

Quid eſt, quod jejunii ſolemnia prævenimus? niſi quod per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. S. Bernardus in Vigil. S. Andree.

Non dedignetur juſtus intrare cœlum per portam crucis, per quam ingreſſus eſt Dominus. S. Thom. Vill. conc. 2. de uno M.

Tribulationes calcaria ſunt, quæ faciunt nos currere ad Deum. Idem conc. de MM.

Mors, afflictiones, ſudores, labores (quibus abundat vita noſtra) que juſta Dei ordinatione ſunt poenæ peccati; ſunt etiam, beneficio ſuavis ejus miſericordie: radii, & gradus, ad ascendendum in cœlum; media ad prohiendum in gratia, & merita ad obtinendam gloriam. S. Franc. Sal. de am. Dei l. 9. c. 1.

Crux præſens ſcala eſt ad gloriam, & eſt converſo, præſens gloria ſcala eſt ad crucem æternam. Hugo Card. in Gen. 39. Tribulatio mittitur velut nuntius gratiſſimus, de præſenti miſeria vocans ad felicitatem æternam. Hugo Card. in Matth.

Tribulationes mundant, ſanant, præſervant a peccato.

Num. I.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

E Cæ populus Iſrael multus, & fortis nobis eſt: venit, ſapienter opprimamus eum, ait Pharaon. Ex. 1. 9. 10. Immo inſipienter populus opprimat. Sapienter deliciis apoſſitis inſciantur, nè fugam arripent. Gloſſæ Græcæ author: Deus Iſraelem afflictari permiſit, ut Aegyptiorum deos tartareos odio haberent, atque ex Agypto egredientur alacrius. Quod aquo animo non feciſſent, ſi in Agypto victum, tranquillumque vitam habuiſſent. Eſcobar tom. 6. Par. Chr. §. 3. obf. 2. lib. 3.

Orate Dominum. Exod. 9. 28. Origenes: neſcire Dominum ſe ait Pharaon. Ex. 5. 2. Vide, quid agat cruda ſuperbia! Donec in laboribus hominum non eſt. Plalm. 72. 5. 6. & cum hominibus non flagellatur; præſerta tenet cum ſuperbia. Denique videbis eum paulo poſt, quantum proſcit in flagellis, quanto melior verberatus afficitur. Iſte, qui modo dicit: neſcio Dominum; poſtea, cum veni ſentit verberum, dicitur eſt: Orate Dominum.

Fecit Moſes ſerpentem quem cum percuſſi aſſicarent, ſanabantur. Num. 21. 9. Deus per ſerpentem anem fanavit morſos a ſerpentibus: ſic labores, & adverſa, quibus nos percutit, ſunt inſtrumenta, quibus animæ vulneribus medetur. Diez conc. 2. D. 9. Epiph.

Cornu rhinocerotis & cornu illius. Deut. 33. 17. Ut enim cornu rhinocerotis acuta ſunt quidem ad ſerendum, & ſalutaria ad medicandum; ita & labores, qui nobis a Chriſto Domino inſeruntur, plagas quidem corporibus, animis tamen aſerunt ſanitate. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 8.

Namquid mare ego ſum, aut cœtus? quia circumdedit me carcere. Job 5. 12. Reſponderi poteſt: ita proſus ſe rem habere. Cùm enim inter Orientales eſſet magnus divitiis, honoribus, liberis amicis: timendum fuit, nè tamquam cœtus in prædulci aqua corrumperetur: ideo multò ſale tribulationum condiri debuit. Incert. Auth.

Nigra ſum; ſed formoſa. Cant. 1. 4. Nigra propter tribulationes; formoſa propter contentiam puritatem. Hugo Card. in Num. 12.

Spiritus S. & igni. Matth. 3. 11. Author Imp. intelligit tribulationes, quibus, qualiſigne, ſuos aſſigit Chriſtus, & mundat. Duplex eſt ſenſus, alter ſignificans ſolemnem principium abſolutionis totius humani generis celebratum in die Pentecoteſtis: alter ſignificans baptiſmum tribulationum. Cajet. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Sicut novacula pili ſuperflui de corpore amoventur, & acutis pedinibus purgantur lana, & capita a ſecibus ſuis, & panis acrimonia ſponſis, & lixivio, aut ſullionum herbis, mundari ſolent: ſic juſtorum mentes a tribulationibus toleratis. S. Bernardus tom. 1. l. 8. art. 1.

Sicut veſtes diu incluſas, & à tineâ corroſas, vel nimio pulverem reſperſas, aliquando virga percutuntur, ab eis vermes, & pulverem, percutientes excutuntur: ſic Deus homines nimio luxu, & abundantia, corruptos; illecebroſis appetitibus, velut vermibus, corroſos; vanitatis, & cupiditatis pulvere ſedatos tribulationis virga, excuſa vanitate, & carnalibus deſideriis; extinctis purgatur. S. Thom. Vill. conc. 3. de M. M.

Sicut cubus adhaeret vaſi, in quo coquitur, niſi moveatur; & perdit ſaporem debitum, debitumque colorem: ſic cor hominis adhaeret ſiti Mundo; niſi moveatur per tribulationes. Idiota contempl. l. 2. c. 1.

Recentes, & uſui aptæ, animalium carnes, nullo præveniente feſtore, ſale conduntur, nè ſciant vermium. Multò magis boni, nè in virtutibus otio marceant, aguntur adverſitatibus. Sim. Caſſ. l. 1. c. 25.

Vidua eſt virtus, quem non patientia firmat. Flagello Domini pulvis excutitur, quæ ad deformationem animæ iniquitatis aſſidua congeſcit; & exteriori vulnere ſanatur plaga interior. Bleſenſis ep. 31.

Mappa ex lino Indico in ignem injecto. Lem. Terget, non nec. Atque id cauſa fuit, teſte Plinio l. 19. c. 1. cur ex eo lino contextuerint olim ſaculos, ad ſervandos in ſepulchrali pyra Imperatorum cineres. Cæterum indicare voluit Author Symboli: ærumnis vite hujus purgari, non ut animum ſum.

Trochus. Lem. Cadit, nè caſat. Picinelli Vel. Dicitur animos plaga.

Liber foliis abſinthii cooperatus. Lem. Tinea præcul. Idem.

Teſtimonia.

Ex Veteri, Novo, & Patribus.

Baſi vitam tuam ſpini. Of. 2. 6. Spine namque adverſitatis utiliter compungunt, atque lacerant pedem ad mala currentis, & inhiandis deliciis permiſſis: ut ſaltem ſpinarum talium communia anima rationalis dicat: vadam, & revertar ad virum meum priorem. S. Rup. hic. S. Hieron. ex quo intelligimus, quod providentia Dei ſæpe nobis accidit mala; nè habeamus ea, quæ cupimus; ac variis calamitatibus hujus ſæculi, ac miſeriis, ad Dei ſervitutem redire cogamur.

Eſundam, quaſi aquam, iram meam. Of. 5. 10. Sicut aqua viſibilis mundare ſolet fordes corporeas; ita illa captivitas mundavit populi peccata, Rupertus hic. Cur ita divina potius aquæ, quam igni comparatur? quia lavat à fordidibus.

Cum immanibus ſpiritus &c. Matth. 12. 43. Mens in tribulatione poſita eſt locus ille aridus. S. Bernardus l. 8. ar. 1.

Rubigo quædam apprehendit otioſam animam, & conſumit ſplendorem, ac alia omnia. Quanam re detergeretur rubigo illa? cœte tribulationum: ille utilem animam facient, & cum omnia accommodam. S. Chryſoſt. hom. 35. in Acta.

Non poteſt ab aſſictis anima aliquid mali ſeri-Nofter pædagogus eſt aſſictio. Id. ib. hom. 42.

Tunc anima purgatur, cum propter Deum affligitur: tunc majori fruatur auxilio, cum ampliore eger ſubſidio; gratiamque meretur copioſiorem. Quod auro ignis, hoc animabus aſſictio; fordes purgans, puras reddens, ſplendidos efficiens, & hilares. Idem hom. 26. in 2. Cor. 12.

Omnis, qui malum aliquod hic patitur; vel patitur, ut peccata diſſolvat, vel ut coronæ augeantur. Theophylactus in Matth. 2.

Tribulationes retrahunt ab Inferno.

Ex Veteri, Novo, Patribus, & aliis.

IN ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tangeſt te malum. Job 5. 19. Quæ ſunt fames, ſitis, frigus, labor, morbus, mors. His percutit Dominus, & liberat. Septima eſt pena æterna, quæ poenitent non tangit eos. Hugo Card. hic.

Hæc ſit mihi conſolatio &c. Job 6. 10. q. d. ſicio, quod Dominus hic quæſiſſam parcat, ut in æternum feriat: ſed me, hic non parces, feriat: quod mihi eſt conſolatio. Idem hic.

Domine, nè in furore tuo arguas me. Pl. 6. 2. Non ſupplicat Domino Patri, ut non arguatur; ſed nè in Judici ſeveritate culpetur: quia hic multis argui falus eſt. Apoc. 3. 19. Ego, quos amo, caſtigo. Caſſiodorus hic. Petit, ut ante Judicium, non in Judici corripatur: quia, qui ibi arguitur, ſine dubitatione damnatur. Id. ib.

Domine, nè in furore tuo arguas me. Pl. 6. 2. Mira diſpenſatione temperat ſententiam ſeveritatis: dum quaſi, & non ex toto, inimicus dicitur: quia etſi eam videatur deſerere in manibus hoſtium, & aſſigere aliquoties in tantum, ut poenitentia deſtituta credatur. Non de crudelitate inimicitiarum forte venit, ſi ſe demum converterit; ſed de providentia pietatis; ut ad eum flagellata redeat. Id. hic.

Dediſti mentibus te ſignificationem, ut fugiant à facie crucis. Pl. 59. 6. Per tribulationes, inquit, temporales ſignificalli tuis fugere ab ira ignis ſempiterni. S. Aug. hic.

Expandit rete pedibus meis. Thren. 1. 13. Quia eos poſt voluptates, & deſideria cordis eorum, proſpere uſque ad finem vite ire non permiſit; ſed convertit eos retroſum: ut dolores, & duriffimas ſentirent anguſſias tribulationis, pro ſuis peſſimis adventionibus. S. Palcaſius hic.

Fallus eſt Dominus, velut inimicus. Thren. 2. 5. Mira diſpenſatione temperat ſententiam ſeveritatis: dum quaſi, & non ex toto, inimicus dicitur: quia etſi eam videatur deſerere in manibus hoſtium, & aſſigere aliquoties in tantum, ut poenitentia deſtituta credatur. Non de crudelitate inimicitiarum forte venit, ſi ſe demum converterit; ſed de providentia pietatis; ut ad eum flagellata redeat. Id. hic.

Accoſſit, & reſtigil loculum. Luc. 7. 14. Quoties & tu ad Inferni ſepulchrum properas? miſericors autem Dominus tangit manu loculum, corpus divitias, &c. mittendo morbum, inſortunium: ut te reſtineat, & ad vitam gratiam revocet. Stella hic.

Et nunc manus Domini ſuper te: & eris cæcus; & non videbis ſolem uſque ad tempus. Act. 13. 11. Cur S. Paulus Elyonam magnum poenitentia percutit cœcitate, quam alia poenitentia? S. Chryſoſt. hom. 28. in Acta: quo ille adductus eſt ſigno, hoc & hunc voluit adducere.

Melior eſt modica amaritudo in faucibus, quam æternum tormentum in viſceribus. Sanct. Auguſt. lib. de decem chordis cap. 9.

Quam multa habeant impii in hac vita munera, & dona gra-

gratuita, ab illo, quem contemnunt; enumerare quis potest? Inter quæ illud magnum, quod exemplis interpositarum tribulationum, quas hujus sæculi dulcedini, tanquam bonus medicus, miscet; admonet eos, si attendere velint, fugere ab ira ventura. Et cum in via sunt, id est, in hac vita, concordare cum sermone Dei, quem sibi aduersarij fecerunt malè viuendo. Quid ergo non misericorditer hominibus præstatur à Deo, à quo etiam tribulatio beneficium est. Nam res prospera donum est consolantis; res autem aduersa donum est admonentis Dei. S. August. ep. 87.

A Domino castigari, & tanquam à pædagogò erudiri, est, à morte liberari. Virga tua, & baculus tuus; ipsa me consolata sunt. Clem. Alex. l. 1. præd. c. 7.

§. XIII.

Tribulatio est schola; docet, illuminat.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

DE selle piscis limivis oculis parvis sui. Tob. 12. 13. Tribulatio est illud amarum sel, quo oculi Tobie, id est, viri iusti, ad Dei cognitionem fuerunt illuminati. Bernardinus. l. 1. f. 8. art. 2. Plerumque bonus activus per amorem terrorem, quasi calorem stercorem, excœcatur: sed Domino visitante per amaram compunctionem, tanquam fellis unctionem curatur, & ad speculationem cœlestium revocatur. S. Bonav. in Psal. 118.

Respondens autem Dominus Job de turbine. Job 38. 1.

Exaudi te Dominus in distributionibus. Pl. 19. 2. Tribulatio dicitur: quia illuminat. Hugo Card. hic.

In terra deserta, & in via, & iniqua ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. Pl. 62. 3.

Vidi, & ecce ventus turbine veniebat ab aquilone. Ezech. 1. 4. inter turbines, videt divinitatem.

Ignis-quo Nabuchodonosor oculis meo ad calum levavi, altissimi benedixi. Dan. 4. 31. Tantum utilitatis ex calamitatibus percipit; ut Propheta infat, de Deo sentiat, & loquatur. Theodoræus.

Et scilicet docebat de novitate turbine. Luc. 5. 3. Ut doceretur, nullum esse capiendi sapientie lycæum accommodatus, quam concussum temporibus equor. Oliva l. 1. Strom. §. Benedixit illis Simeon.

Levavi oculos suos, cum esset in tormentis. Luc. 16. 23. Tribulatio aperit oculos, & facili alterius beatitudinem contemplantur. Efcob. t. 6. Pat. Chr. l. 3. sect. 2. of. 2.

Collyrio iungo oculos tuos. Apoc. 3. 18. Collyrium est tribulatio; quæ per sui amaritudinem mentem illuminat. Albertus M.

Exempla.

Ex Veteri.

Orate Dominum. Exod. 9. 28. Ecce Pharao durissimus; tamen proficit verberatus. Ante verbera Dominum nescit, verberatus pro se supplicari Dominum rogat. Origen. hom. 3. in Ex.

Disciplina tua ipsa me docebit. Psal. 117. 36. Quæ non didicerat in thure, nec hauserat in arca; informandum se iis figuræ, laceratque sperabat. Plus eum Abfolonis fca imbuat, quam bacillus Samuelis. Oliva lib. 1. Strom. §. Benedixit illis Simeon.

Beatus quem tu erudieris Domine. Psal. 93. 12. Vatablus ex Hebr. beatus, quem tu castigaveris Domine. Quemadmodum parvi pueri doctrinam desipientes, ob ferulas, flagellaque quæ Magistri, & pædagoi adhibere solent, attentius dictata suscipiunt; & ipse sermo ante plagas non auditur; post verbera, doloresque, veluti statim apertis auribus, & auditu, excipitur otatio, & memoria custoditur. Sic, qui divina audiunt præcepta, & ad ea servanda se negligenter habent; postquam ex Deo disciplina eis inflicta est, ad ipsius mandata servanda, ac ei obtemperandum, voce quadam excitari videntur: ex quo ipsorum auribus sapientia statim admittitur. S. Basilus in principio Proverbiorum.

Castigasti me, & eruditus sum. Jer. 31. 18. Ergo virga plumescit in calamus, vulnus pallefcit in chartam: liber, non livor, est, qui plagam ambit. Oliva l. 1. Strom. §. Benedixit illis.

Ex Novo.

Si filius Dei es; dic, ut lapides isti panes fiant. Matth. 4. 3. Tunc ignorat diabolus, an Christus sit Dei filius. Postea verò Matth. 8. 29. clamaverunt: quid nobis, & tibi, Jesu fili Dei? ventis ante tempus tangere nos. Origenes: ubi tormenta sentiscunt, sciunt Dominum. Ante flagella dicunt, nescio Dominum.

Vix plebs lepra, & videns Jesum. Luc. 5. 12. Vexatio ejus

aciem acuit oculorum, ut Deum intueri possit. Quot in eadem via bene valentium oculi, Jesum despexere! quot, dum solum lumen oculorum recipiunt, cum adversa valetudine ad lectulum alliduntur! Oliva l. 1. Strom. Luc. 5.

Vas vocatis me Magister, & Domine; & bene dicitis. Joan. 13. 13. Bono ordine hæc duo junguntur: Dominus timorem inicit; oriantem servum, aut male operantem, flagris accipit: Magister verò docet, ignorantie tenebras depellit. Pinna Ethol. 10.

Ex Patribus, & aliis.

Calamitas prudentia consilia ut plurimum parere solet. S. Joan. Dam. or. 2. de Asa. B. V. Ezechias, cum esset in tribulatione, vide, qualis faciebat pro salute sua: sacrum induit, & in terra sedit. 4. Reg. 19. 1. Ubi autem in deliciis esse cœpit, cecidit præ altitudine cordis sui. - Quando tribulantur Israëlites; multo plures fiunt: quando autem illos dimittit; tunc omnes peribant. S. Chryl. hom. 16. in Acta.

In præfenti vita, velur in ludo quodam literario, per morbos, tribulationes, tentationes, paupertatem, & alia, quæ grava videntur, imbuimur; quatenus ad futurorum bonorum receptaculum idonei reddamur. Idem hom. 10. in cap. 6. Rom.

Magnum est bonum tribulatio. Et hoc ex nostris discimus filiis: nam abique tribulatione nihil utile discerent; nos autem plus illis afflictionis indigemus. Si enim illic passionibus quiescentibus illos muniant; multo magis nos, & præsertim tantis detentis: sed nos potius pædagoi oportebit habere. A puerulis enim nunquam magna committuntur peccata; à nobis verò magna nimis: pædagoi autem noster, tribulatio. Id. hom. 62. ad pop. Ant.

Henricus Sufo, postquam diis afflictionibus corporis à decimo octavo ætatis anno ad quadragesimum se exercuit, in extasi visus fuit juvenem egressum cum hac voce: diu factis in minoribus, & trivialibus exercitiis es scholæ; jam tempus est, ut ad altiora contendas. Ductus ergo ab illo in domum quasi Religiosam; in qua morabantur viri seipos per omnia abnegantes: traditus est illius disciplinæ Magistro &c. Bollandus 21. Jan.

§. XIV.

Tribulatio prodest virtuti, perfectioni.

Figura, Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

CRESCERE ME FECIT DEUS IN TERRA PAUPERATIS MEÆ. Gen. 41. 52. Ordinavit omnipotens, multos per tribulationes, & ad versa plus crescere: quoniam proprium est virtutis, adversitatibus prosperari. Unde de filiis Israël legitur. Ex. 1. 12. quòd, quando opprimebant eos, tunc magis multiplicabantur, aqua credebant. Optinè radicata nascitur virtus, quæ crescit inter adversa: & dum sævi fluctus infurgunt, in altiora ipsa confurgit. Sim. Caff. l. 14. Joan. 21. 6.

Si dormiatis inter medios Cleros. Pl. 67. 14. Hebr. Si dormiatis inter medios triphas & ollas; ex quarum contactu denigrati aliquantum fueritis: scitote tamen, quòd tunc potius estis formosi; sicut columba; quæ argentatas, & candidas, habent pennas, quibus ad cœlestia volent: & dorsum, quo ipsas tribulationes pertulissis, erisfulgentis charitatis auro splendentium. De Ponte in Cant. 1. Exh. 22. §. 1.

Simile est regnum calorum grano sinapis. Matth. 13. 31. Granum sinapis, nisi conteratur, nequaquam vis virtutis ejus agnoscitur: nam non contritum lenè est, si verò conteritur, mardefcit, & quòd in se acerrimum latebat, ostendit. Sic unquamque vir sanctus, cum non pulsatur, despiciabilis, ac levissimè aspicietur: Si verò illum tritura persecutionis opprimat; mox omne, quòd, calidum sapit, ostendit; atque in fervorem virtutis vertitur, quidquid in illo ante despiciabile, infirmumque videbatur. S. Greg. Præf. in Job.

Ex Patribus, & aliis.

Nemo vires suas in pace cognoscit. Si enim bella desunt, virtutum experimenta non produunt. Improvidus miles est, qui fortem se in pace gloriatur. Sanct. Greg. moral. lib. 23. cap. 28.

Agit hæc divina misericordia: ut ex una, eademque re, ex qua carnalibus dat flagellum, ex ea spiritualibus virtutis præstet incrementum. Cumque illos per tribulationem purgat, istos ex societate tribulantiæ ad majora præmia excitat. S. Greg. hom. in Ezech.

Sicut unguenta, nisi commota, reddere latius nesciunt; & sicut aromata fragrantiam suam, non nisi cum incenduntur, expandunt: ita sancti viri, omne, quòd virtutibus redolent, in tribulationibus innotescunt. S. Greg. Præf. in Job.

Gubernatoris peritiam non probat temperies serena, sed pro-

celosa tempestas. Blandiente autem navim regit ultimus nauata: in confusione ventorum primi quaritur æs magistris. S. Chryl. f. 50.

Fruenti granum prosectum in terram, & mortuum: cum juxta siccum lapidem pullulasset, lilius illi fertur illi dixisse. Unde tibi contrito, & mortuo, spiritus germinandi: cum ego, quando conteror, eo ipso perdo: Cui granum respondit: hoc mihi ex virtutis granditate contingit: qua fit, ut passio mea, sit mea actio, & dum morior, revivisco. Phœnix mortua generat, & cinnamomum contritum plus inflammat. Sic infirmum membrum sine dolore tangi non patitur, & sanum, dum tangitur, delectatur. S. Cyrillus Apol. c. 21.

Est quædam in fabulis arbor, quæ scæta floret, & cum ferro certamen suscipit: acti novum, ac insolens quoddam, ferendum est de re nova, & inaudita: morte vivit, & sectione germinat, incrementum denique sumit, cum absumitur. Hæc quidem est ipsa fabula, fingendique libertas. Mihi verò videtur omnino quiddam humilissimum esse philosophos: ærumnis inalefcit: cæcis tristes materiam virtutis existimat. S. Greg. Naz. or. 13.

Ubi vincula sunt, illic necesse est magnum quid fieri: ubi afflictio, illic omnino, & salus est; illic potius magne sunt virtutes. Diabolus enim, quando calcatur, tum potissimum percutitur: quando servos Dei ligat; tum maxime sermo Dei crescit. S. Chryl. f. 8. in Eph.

Job passionibus videtur magis, quam virtutis actionibus, proficere: nam neque ita illustris est habitus, cum pecuniam possidebat, cum domum pauperibus referabat, substantiamque erogabat: quam quòd audiens ruina non se acerbè agit &c. Idem hom. 5. de patientia Job.

Tolera tribulationes: inter ipsas enim virtutes, quemadmodum inter spinas rosæ nascuntur, & germinant. Sanct. Nilus cap. parat.

Quemadmodum cannabi, ac lini, species non est idonea, ut ex eo fila subtilissima fiant; nisi diutius elaboretur, atque exerceatur: immò quòd magis illud torquetur, tanto purius, aptiusque efficietur. Sic & anima Deo devota multas probationes, atque tentationes, subiens; afflictionisque fortiter tolerans; purior, utiliorque ad spiritalium extenuationis, & humilitatis officium redditur. S. Ephrem de Patientia.

Lucerna, licet videatur extingui, cum emungitur; tamen clarior redditur: sic Sancti, licet tribulationibus premantur; tamen lucidiores redduntur. Hugo Card. in Joan. 6.

Nunquam servatur vinum bene in bonitate sua, nisi in fece: nec boni, & iusti, in virtutibus stare, & proficere possunt: nisi probentur tribulationibus, & iniquorum persecutionibus. Revel. S. Brigitte l. 1. c. 22. Verba B. V.

Sicut in mari, & aquis amaris, majores, pinguior, dulcioreque pisces reperitur; quàm in dulcibus fluminibus: ita in mari pœnitentiæ, austeritatis, paupertatis, tribulationis majores, perfectioreque Sancti. Diez conc. 5. in Comm. MM.

Equis. Lem. Dant animos plaga. Picinelli.

Spica. Lem. Perficitur ager. Idem.

Cithara. Lem. Ex pulsa melos. Citharizamus, cum in passionibus nostris, vel damnis, securi, aut latri, dicimus: Domini deus, Domini adhibet. Cassiod. in Pl. 32. Idem.

Ignis. Lem. In crescit malis. Vel: Contraria juvant: id est, venti: ignem charitatis persecutiones magis inflammant. Id.

Chorde musicæ. Lem. Plus terra, plus musica. Athenienses de pace non nisi attriti cogitabant: ita perique nostrum vix de Deo, nisi afflicti. Just. Lipsius cent. 3. ad Belg. ep. 4. In tribulatione sua manù confurgent ad me. Obf. 6. 1. Idem.

Torcular. Lem. Dum comprimit, exprimit. Idem.

§. XV.

Affinis priori Tribulatio facit probum, adducit ad Deum, invenit Christum.

Num. I.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

NUMQUID HABEMUS RESIDUUM QUIDQUAM IN FACULTATIBUS, & HEREDITATE DOMUS PATRIS NOSTRI? Gen. 31. 14. Sicut illas conjuges Jacobi ad versa impulerunt, ut illum relinquere patrem, qui filiarum comederat pretium, & talem sequerentur virum. Sic & ad versa Mundi plerumque dilectam Deo juvant animam: ut anhelantius tendant ad Deum. Rupert. hic.

Apparuit et Dominus in flamma ignis de medio rubi. Ex. 3. 2. Cur inter flammæ, & spinas? cur non in throno excelso, ut Isaac: vel cur mirabili, ut Ezechiel: vel in gloria majestatis, ut ei in monte Sinai? Misurus erat Moyses in Ægyptum, inter pericula & spinas persecutionum; ut ex tali visione disceret patientiam Christum inter spinas, flagella, ius Christianæ

ad eum pervenire? perge per crucem, spinas: aliter non habebis accessum. Sylv. in Apoc. 1. 18.

Carnage secundo mississet, & ille noluisse venire ad eum. 2. Reg. 14. 29. Abfalon, cum bis vocari curaret Joab, obsecrans, ut ad se veniat; ille verò venire noluisse; iuste Abfalon servos suos succendere igni agrum Joab. Quòd cum fecissent, venit Joab ad Abfalon: ut de illato sibi damno conquereretur. Qua occasione Abfalon proluxit cum eo locutus: quidquid ab eo volebat, obtinuit. Eodem modo, cum non vis audire suam, & amicam Dei vocationem; nec ea, quæ per suos Prædicatores tibi significat: tunc jubet suas creaturas variis te calamitatibus affligere: ignem, ut domos tuas incendat: grandinem, ut vineam, & agros, destruat; morbum, ut corpus vexet. De Ponte tom. 1. de perf. Chr. hom. tr. 1. c. 13. §. 3.

Ab aquilone aurum venit. Job 37. 22. Alii dixerunt: ab aquilone nubes auro coloris. Ità enim Sanctos homines, qui sunt nubes Dei, tentant frigora aquilonis: ut eos pretiosos, & igne charitatis rutilos, reddant. V. B. hic.

Percussit petram, & fluxerunt aquæ. Psal. 77. 20. Sponfa virgam verberantem sponte sua recipit. Cant. 5. 7. Imitatur faxum illud, de quo vates: percussit. Et. Eam nimirum ob causam percussa, velut rupes, illa à Moysè: ut ad similitudinem illius, & ipsa Verbum Dei de vulnere imbris instaret effusum: proficitibus quasi quadam scaturiginem emittat. S. Greg. Nyss. in Cant. hom. 12.

Fasciculus myrrha. Cant. 1. 12. Nè excutias myrrham: Dilectus later inter fascem. Cave, nè dolores repellas: quia salutare tuum in infirmitate rejicies. Abconditus vultus ejus. Verè tu es Deus absconditus. Il. 45. 15. Audite hæc domus Jacob, qui vocamini nomine Israel. Il. 48. 1. Nominè, Israel estis, non re: qui Deum non videtis latentem in myrrha. Oliva tom. 2. Strom. §. Dirumpamus vincula.

Sicut liliam inter spinas. Cant. 2. 2. Cave, nè perdas liliam, dum spinas fugis. - Later liliam in spinis; splendet Deus in rubo. Si corticem consilii times, unionis pretio defraudaris. Tenebras fugiens perdes lucem illam, quæ lucet in tenebris. A tabernaculo Salomonis recedis, dum pelles ei circumdatis spernis. Dum times virgam egredientem de radice Jesse, amittis florem ex ea ascendentem. Lia, quam despicias, patietur tibi Judam; è cujus germine, & reges prodibunt, & Rex regum orientur. Si sapientem reculas, solem justitiæ è stirpe tua erumpere non videbis. Id. ib.

In seculo meo per nosse quæstivi, quem diligis anima mea: quæstivi illum, & non inveni. Cant. 3. 1. Surgit, quærit Dilectum, invenit me custodes pastorem quem portansissimam. Cant. 5. 7. Vulnerata fruitur: delicatis affluens requirit. S. Ambros. hic: bene tollitur ei pallium, quæ ad Christum propinquat: ut Deum visura, mundo corde gradiatur. Naxera in Job. 10. §. 21.

Animam mea deservavit te in nocte. Il. 26. 9. De nocte, id est, tribulatione, & cruce per quam nos ducis ad gloriam, suspirabo ad te. Corn. hic.

In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Ol. 11. 4. In funiculis Adam trahit, quando dolorem incuit, aut timorem in vinculis charitatis: cum vel beneficia exhibita recollit, vel exhibenda promittit. Hugo Card. in Gen. 1. Funiculi Adam sunt flagella: quia & ipse primus, & per eum nos flagellati fumus. Vincula verò charitatis sunt Dei beneficia. S. Bonav. l. 2. f. 4. Pent. Non dixit funibus: quia dolores, & afflictiones hujus Mundi nihil sunt in comparatione poenarum Inferni. Funiculi Adæ sunt labores, & miseria hujus Mundi: quibus Deus trahit nos ad fcs qui nihil sunt aspectu gloriæ. S. Vinc. Ferr. f. fer. 4. Pent.

Jube me ad te venire super aquas. Matth. 14. 28. Petrus dum fluctuat, dum mergitur, dum periclitatur, sic pervenit ad Dominum: ostendens nobis; quòd non nisi per pericula prope-retur ad Christum. S. Ambros. hic.

Dolentes quærebamus te. Luc. 2. 48. Porta cœli absque clave crucis aperiri non potest. Si Christum in templo gloriæ invenire volumus, quærendus cum dolore, luctu, lacrymis, ac patientia. Did. Nyss. D. 1. Epiph. §. 4.

Ex aliis.

Ferrum ignitum malleo contusum. Lem. Dant vulnera formam. Picinelli.

Tela acu picta. Lem. A vulnere decet. Idem.

Culter tonforius. Lem. Detrahit, & decogat. Idem.

Organum. Lem. Sub pondere melos. Idem.

Horologium Caroli V. in annulo. Lem. Pungit, sed monet.

Quid non misericorditer præstatur hominibus à Deo; à quo etiam tribulatio beneficium est. Nam res prospera, donum est consolantis; res ad versa donum est admonentis Dei. S. Aug. ep. 87. Idem.

Typotheta, imaginem sub prælo dum premat, imprimit. Lem. Fingique premento. Æneidos 6. Vel.

Dant primum plaga. Malceniis.